



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes
a la imprenta de Calatrava.

EJERCICIOS ESPIRITUALES PARA EL CLERO

CIRCULAR DEL PRELADO

Con el fin de facilitar a Nuestro venerado y amado Clero la práctica de los Santos Ejercicios, prescrita en el Código de Derecho Canónico y en el Concilio Provincial y Sínodo Diocesano vigentes, hemos dispuesto la celebración en el Seminario Pontificio de una tanda, que dará comienzo en la tarde del miércoles, 26 del presente mes de Agosto, para terminar en la mañana del 1.^º de Septiembre, martes.

A esta tanda única deseamos concurran solamente los estrictamente obligados en Derecho y todos los señores Arciprestes, y cuando de éstos no pudieren algunos, los respectivos Tenientes Arciprestes.

En atención a las actuales circunstancias autorizaremos a los reverendos sacerdotes para que satisfagan, si lo desean, esta obligación en alguna Casa de Religiosos.

Sírvanse los Rvds. Arciprestes remitir las listas de los ejercitantes de sus Arciprestazgos a Nuestra Secretaría-Cancillería antes del 20 del corriente.

Salamanca, 1.^º de Agosto de 1931.

† Francisco, Obispo de Salamanca.

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

INSTRUCTIO

AD RMOS. LOCORUM ORDINARIOS DE SCRUTINIO ALUMNORUM
PERAGENDO ANTEQUAM AD ORDINES PROMOVEANTUR

§ 1.—*De Ordinariorum munere sedulo scrutandi mo-
res candidatorum ante Ordinationem.*

1. Quam ingens Ecclesiae atque animarum saluti detrimentum inferant qui, divina destituti vocatione, sacerdotale ministerium inire praesumunt, angelicis ipsis humeris formidandum, neminem profecto fugit. Unde qui a Spiritu Sancto sunt positi regere Ecclesiam Dei, ad plurima atque ingentia avertenda mala ab ipsa Ecclesia atque a christifidelibus, sedulissimam adhibeant curam oportet, ne tanti ministerii aditus illis pateat, quibus, ob defectum sacerdotalis vocationis, aptandum, est illud Christi Domini: "Amen, amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde, ille fur est et latro." (Ioann., X, 1).

Haec Sacra Congregatio de Disciplina Sacramen-
tum, quae vi can. 249 § 3 competens est in causis, qui-
bus agitur de nullitate sacrae Ordinationis aut onerum
eidem adnexorum, in iisdem agitandis, rem, ut pluri-
mum, esse animadvertisit de sacerdotibus querelam mo-
ventibus adversus sacram Ordinationem, qui, etsi pro-
bare non valeant se vi aut gravi metu fuisse adactos ad
sacros Ordines suscipiendos, tamen ex iis quae in actis
deducuntur, aperte ostendunt, se fuisse praepostero
modo in sacram militiam adlectos, seu non satis fuisse
exploratam vocationem, nec libera et spontanea volun-
tate sacros Ordines suscepisse. Quod grave incommo-
dum ut penitus removeatur eadem Saera Congregatio
ea instanter recolere satagit, quae S. Paulus ad Timo-

theum scribens commendabat: "Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis," (V, 22), quaeque relata sunt atque fusius explicata in Codice iuris canonici: "Episcopus sacros Ordines nemini conferat, nisi ex positivis argumentis moraliter certus sit de eius canonica idoneitate: secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo se committit alienis communicandi peccatis," (can. 973, § 3).

2. In primis itaque Episcopus rationem habere debet eorum, quae vigens ius de Seminariorum disciplina constituit, necnon ceterarum normarum, quas ad nostra usque tempora Sacrae Congregationi de Seminariis et Studiorum Universitatibus ad rem praestituere placuit, uti Seminariorum alumni, iis qualitatibus se ornatos exhibeant, quae ad rite, sancte ac fructuose ministerium sacerdotale exercendum hodie requiruntur. His praeterea sunt accensenda quae ius canonicum praescribit quaeque respiciunt, praeter irregularitates, impedimenta quoad sacros Ordines suscipiendos, uti in cann. 983 987 cautum est, ceteraque, quae can. 973 in subiecto sacrae Ordinationis exigit.

3. Quae ut probe exsecutioni demandentur, Episcopus seu Ordinarius in perscrutandis moribus eorum qui adscribi petunt sacrae militiae, prae oculis habeat operet, maxime interesse ut a limine eiificantur, seu ne ad tonsuram et minores Ordines admittantur ii, qui sacerdotio fungendo non sint apti, seu a Deo non sint vocati. Nam sacri Ordines, iuxta sacrorum canonum praescriptum, sub finem curriculi studiorum conferuntur: sed "turpius eiicitur, quam non admittitur hospes": videlicet nemo nescit quam sit grave et difficile negotium, iuvenem dimittere quum paene absolverit studia theologica, nedum ob iam progressam aetatem, quocirca non facilis patet via ad aliud capessendum vitae et studiorum institutum, sed etiam ob humanarum relationum respectum, praecipue cum consanguineis et amicis, qui

soliti sunt culpae, seu levitati ingenii, vertere huiusmodi mutationes in vitae ratione, unde fit ut nullus non moveatur lapis ut ultra procedat qui eatenus progressus est.

4. Praeterea, prouti eruitur ex processibus apud H. S. C. agitatis de nullitate sacrae Ordinationis aut adnexarum obligationum, scrutatores bene perspectas habere debent rationes, quae passim adducuntur ab asserentibus, se veram voluntatem non habuisse recipiendi sacram Ordinationem, aut saltem se submitendi gravibus sacrae Ordinationi adnexis obligationibus. Hae rationes sunt aliae ipsis assertoribus *intimae* seu *intrinsecæ*, veluti cupiditas commodiori clericali vitae, uti vulgaris opinio est, indulgendi, honores aucupandi, lucra sibi facile comparandi, effugiendi (et haec est hodie communissima ratio) manuum laborem,—ne cogantur fodere, seu agros excolere cum parentibus et fratribus, aut aliam similem vitae rationem prosequi:—vel fruendi privilegiis clericalibus, et potissimum exemptione a servitio militari, aut a foro saeculari; vel saltem cum clericali statu altiore gradum, etiam civiliter aestimatum, consequendi. *Extrinseca* ratio ipsi postulantibus et veluti *classica* in his causis, est metus gravis, sive absolutus sive relativus, uti est metus reverentialis; utraque autem species metus est perspectissime a canonica iurisprudentia explanata.

Itaque haec Sacra Congregatio, quo facilius Rmi. locorum Ordinarii praescriptis sacrorum canonum obtemperare valeant, sequentes tradit normas, respicientes scilicet methodum scrutinationum, fontesque determinans unde veritas hauriri possit. Sed mens non est Sacrae Congregationi, ut omnes et singulae inquisitiones in singulis casibus absolute peragantur, cum non semel ex his nonnullae supervacaneae sint, aut non possibles; sed ut ea colligantur, quae de moribus ordinandorum

cognosci et explorata esse debent, antequam ad sacram Ordinationem tuto procedi possit.

5. Acta, quae in huiusmodi perscrutationibus confi- ciuntur, asservanda erunt sub secreto in Curiae tabulario.


§ 2.—*De scrutinio ante collationem primae tonsurae et minorum Ordinum faciendo.*

1. Appropinquante tempore, quo candidati erunt primam tonsuram et Ordines minores recepturi, scriptam ipsi exhibeant, duos saltem ante menses, moderatori Seminarii petitionem, sua manu exaratam et subscriptam, qua candide significant, se libera omnino voluntate atque spontanea, primam tonsuram et postea Ordines minores postulare.

2. Eiusmodi petitio, cui attestatio addenda erit de suscepto Baptismate et de recepto Confirmationis sacra- mento, ab eodem Seminarii moderatore, una cum sua personali informatione de oratoris idoneitate ad cleri- calem statum, Excmo. Episcopo exhibebitur, qui nisi, attenta eiusdem moderatoris informatione habitisque forte p[re] oculis aliis notitiis sibi certo cognitis, dictam petitionem a limine reiiciendam esse existimaverit, nor- mas de quibus infra observabit.

3. Quod si agatur de alumnis in regionalibus Semi- nariis vel in ecclesiasticis collegiis, tum italicis tum exteris, praesertim huius Almae Urbis, degentibus, horum moderator, nisi habitualiter peculiare mandatum inqui- rendi iuxta sequentes normas de eiusmodi petitionibus ab Episcopis alumnorum, attenta locorum distantia, ha- buerit, petitionem pariter ab ipsis alumnis sibi traditam, proprio eorum Episcopo, sua informatione munitam, mittendam curabit.

4. Ordinarius, in utroque casu, uti par est, ipsam pe- titionem ad eumdem Seminarii moderatorem remittet.



cum mandato inquirendi eius nomine et auctoritate de-
idoneitate et qualitatibus oratoris, pro tempore quo ipse
in Seminario fuit.

Si forte desit Seminarii Moderator et alius eius vices-
gerat, aut Seminarii Moderatorem non eum esse, qui in
casu utilem inquisitionem peragere valeat, censeat Or-
dinarius, hic mandatum inquirendi alii deferat.

5. Seminarii moderator, diligentissime notitiam de-
promovendis exquirere curabit ab alumnorum praefec-
tis, praecipue si isti sacerdotali dignitate exornentur,
tum etiam ab iis qui in Seminario doctorum gerunt mu-
nus, ipsosque non solum seorsum audiet, sed etiam in-
simul convocatos, de singularibus nempe vocationis sig-
nis, uti sunt pietas, modestia, castitas, de propensione
ad sacras functiones, de studiorum profectu, de bonis
moribus, ad quod inservire poterunt interrogatoria con-
grua congruis referendo, quae in appendice habentur,
iuxta Mod. II et III.

Quia in Seminariis diocesanis coetus adesse debet
deputatorum pro disciplina tuenda ad normam can. 1359,
hi etiam, si de personis edocti sint, percontandi erunt in
scrutiniis faciendis.

Quum Seminarii moderator Episcopo remittit noti-
tias a se collectas illius mandato, suum pandat iudicium
seu opinionem suam manifestet exinde habitam de can-
didati moribus et ingenio. Huiusmodi iudicium non par-
vi ponderis profecto erit: siquidem praesumitur, mode-
ratorem, prae ceteris, de alumnis rectum iudicium fore
laturum.

6. Ad rem autem intimius in singulis casibus pers-
crutandam, Episcopus, alumnorum, eorumque familiae
parocho praeterea mandabit sedulo exquirere non modo
de vocationis signis promovendorum, deque eorumdem
virtutibus, seu pietate, sed etiam de anteacta ipsorum
vitae ratione et de praesenti; ac maxime percontabitur
quomodo sese gesserint feriarum tempore an videlicet

quamdam animi levitatem ostenderint, vel profanis rebus indulserint; et quae sit publica ipsorum fama (Mod. II). Insuper num candidatorum parentes bona gaudeant existimatione, et quae sint rei familiaris rationes; num lucri seu quaestus causa, eos reluctantantes importunis suasionibus, precibus vel minis, vel alio modo impellant ad sacerdotium ineundum, pertimescentes scilicet aliquod familiae obventurum damnum, sacra Ordinatione posthabita. Quod si haec incitamenta aut inconvenientia sint manifesta, vel prudens de iisdem adsit dubium, Ordinarius omnibus viribus ut ab incepto desistant ipsis suaviter suadebit, vel, si casus ferat, fortiter eosdem moneat parentes de poena excommunicationis ipso facto incurrienda, ab Ecclesia contra quocumque modo cogentes ad suscipiendos sacros Ordines statuta (can. 2352).

7. Quod si parochus consanguinitate vel affinitate sit cum promovendo coniunctus, Episcopus ab alio parrocho aut sacerdote in loco commorante noticias sumere curabit; idque praecipue quum aliquis sacros Ordines, antequam canonicae perficiantur publicationes, vel iisdem legitime dispensatis vi can. 998, erit suscepturus. Non parum etiam proderit ad praecavenda mala, quae ex sacrae Ordinationis oneribus temere susceptis oriri solent, inquirere, num aliquod abnorme ex parentibus in candidatum manavisse coniici aut suspicari fas sit, ac praecipue num corporis habitus ad libidinem sit propclivis, quod atavismum sapiat (Mod. II). Hanc inquisitionem quisquis Episcopus peragere curet pro suis subditis.

8. Praeterea Episcopus a Seminarii moderatore et ab huius gerente vices, seorsim auditis, quid de candidatis sincera fide sentiant, si fieri potest, expetat: quod quidem erit peragendum post iam acceptas noticias de ipsius mandato ab eodem moderatore collectas.

Aliae etiam personae sive ecclesiasticae sive saecu-

lares probitate insignes, quae peculiares notitias de promovendis praebere possint, iuxta Mod. III interrogandae erunt, si eas interrogare, ex rerum et personarum circumstantiis, opportunum ducat Ordinarius, praecipue quum aliquid supersit dubii de moribus et canonica promovendi idoneitate.

9. Nec satis; nam penitus candidatorum animus singulatim erit explorandus ab Episcopo proprio vel, eo impedito, a Vicario generali, vel ex mandato, a Seminarii moderatore, seu etiam ab iis qui totius Seminarii disciplinae tutandae deputantur. Quod si agatur de alumnis degentibus in Seminariis extra dioecesim, mandatum ad hoc fieri poterit Episcopo loci commorationis vel ecclesiasticae personae dignitate fulgenti, vel ipsi Seminarii moderatori. Oportet enim, ne decipiat assensio vel fallat affectio, ut ordinandorum voluntatem Episcopus experiatur per se vel per alias memoratas personas, planeque noscat, num promovendi alienis potius suasionibus, obtestationibus, pollicitationibus presi, seu etiam minis compulsi ac perterriti, sacram Ordinationem expetant; num etiam cognitum eis prorsus exstet, quaenam erunt onera ab eis suscipienda, ac praecipue, quid caelibatus lex importet, et an paratis sint hanc integre constanterque servare, divinae gratiae ope, atque opportunis rationibus pericula vitantes, adeo ut eorum conversatio, prout in Pontificali Romano legitur, probata et Deo placita existat, et digna ecclesiastici honoris augmento. Unde expediens erit ut idem Episcopus verba, quae in Pontificali Romano referuntur, candidatis perlegat, atque accuratius explicet, scilicet quod promovendi iterum atque iterum considerare debeant attente, quale onus appetant; quod ante sacram Ordinationem, cum sint liberi, liceat eis pro arbitrio ad saecularia vota transire; sacrис autem suscep-tis Ordinibus, amplius per se non possint a proposito resilire, sed Deo famulari perpetuo et castitatem servare

ipso oporteat; ideoque, dum tempus est, adhortetur promovendos ut sedulo et coram Deo cogitent, quo certior idem Episcopus fiat, num in eiusmodi proposito perseverare ex animo intendant, atque ad eadem promissa implenda sint parati. Itaque verbis humanissimis ac more paterno eis suadebit, ut suum candide sibi animum pandant fidentissime, ipsis spondens suam, si opus fuerit, se praebiturum libenter operam, ut debita libertate fruantur; adeo ut, vero deficiente proposito, in re tam gravi, aliud comparare sibi munus possint, magis sui ingenii proclivitati accommodatum.

§ 3.—*De scrutinio habendo antequam clerici maioribus Ordinibus initientur.*

1. Quando ex peractis perscrutationibus prudenter inferri possit, postulatorem ad studia theologica admitti posse, et primam tonsuram et deinde minores Ordines ei conferri, de inquisitionum actis in Curiae archivio asservatis iterum ratio habenda erit, quum alumnus postulabit ut ad subdiaconatum promoveatur. Ast Episcopus, seu loci Ordinarius non solum attendere debet quae iam acta sunt, sed, antequam subdiaconatus conferatur, candidati mores iterum perscrutetur oportet, servata methodo iam explicata. Verum supervacaneum est adnotare, haud necesse esse denuo inquirere de iis, quae ad alumni originem, eiusque parentum indolem et ingenium atque anteactos alumni mores spectant, nisi iusta exorta sit suspicio noticias ante habitas veritati non fuisse consentaneas. Interest vero semper inquirere de alumni moribus eiusque moralibus qualitatibus, quomodo nempe istae se exhibuerint ex vita in Seminario acta, atque ex profectu in studiis. Quibus peractis inquisitionibus, si nulla adsit canonica ratio, quae alumnus a subdiaconatu arcendum fore suadeat, hic scribere debebit sua manu declarationem, iuramento ab ipso firmandam, in Appendice relatam (Mod. I), qua scil. ipse

fatetur se omnimoda libertate ad sacram Ordinem accedere, riteque perspecta habere omnia onera eidem annexa. Quae quidem declaratio erit similiter a candidatis exaranda antequam ad reliquos sacros Ordines promoveantur, diaconatum nempe et presbyteratum.

2. Quum res est de diaconatu conferendo, ut plurimum sufficit pree oculis habere iam peractas inquisitiones, nisi interim novae perpendenda sint circunstanciae, quae dubitare cogant de sincero proposito candidati, aut de eius morali idoneitate servandi onera, obligationesque exsequendi sacris Ordinibus susceptas.

Eiusmodi forte exortum dubium depellendum erit, iis adhibitis inquisitionibus, iuxta normas traditas, pro casus qualitate, opportunis aut necessariis. Si vero res eo deducatur, ut clare pateat subdiaconum ad diaconatum promovendum, vel sacram vocationem reapse nunquam habuisse, aut eamdem corruptis moribus amisisse, tunc res erit intimius perscrutanda, prouti modo dicimus de subdiacono ad diaconatum promovendo, et de presbyteratu conferendo.

3. Quoties Episcopus, antequam quis ad diaconatum aut ad sacerdotium initietur, pro certo habeat ex promovendi confessionibus aut ex aliis certis indiciis et probationibus susceptis, ipsum sacra revera vocatione esse destitutum, S. Sedem adire non omittat, candide et plane referens rerum statum, seu argumenta, quibus vehemens foveatur dubium de subdiaconi aut diaconi idoneitate ad onera maiora digne et fideliter perferenda. Res quidem agitur tanti momenti, ut Ordiniorum conscientia graviter onerata maneat de hac obligatione, ut periculum amoveatur manus imponendi diacono vel presbytero, qui gravissimo sacrorum Ordinum oneri sustinendo, impar sit.

4. Ne autem ad hoc extremum res perducatur, in animo Episcoporum et locorum Ordiniorum alte sit repositum, magnopere interesse, ab ipso limine sacrae

Ordinationis eos esse depellendos, qui sunt indigni et non vocati. Hi enim sanctuarium cum ingressi sint, ut humanae cupiditati aut alterius voluntati obsequantur, ut plurimum, non se praebent uti a Deo non vocatos, sed suam minus dignam agendi rationem omnimode obtengere seu simulare solent. Sunt alii, qui bona fide minores et sacros Ordines suscepérunt, sed antequam presbyteratum consequantur, experiuntur se impares esse oneribus sacrae Ordinationis sustinendis, aut se vitiis vel moribus saecularibus implicarunt: in his, nimurum, facilius et apertius sanctae vocationis patebit defectus, iidemque ipsi, ut suae miserrimae conditioni consulatur, ultro efflagitabunt.

5. Maxime proinde interest praescriptas normas adamussim et diligentissime servari, antequam Episcopi candidatos ad clericalem militiam admittant, seu ad hunc finem dimissorias litteras pro suis subditis in aliena dioecesi degentibus Episcopo loci tradant. Exinde consequetur ut sacro Ordini adscripti digni dispensatores mysteriorum Dei evadant, atque magnopere tueantur provehantque in terris regnum Dei, quod tum catholicae tum civili reipublicae feliciter benevertet.

In plenariis Comitiis die 19 Decembris 1930 in Civitate Vaticana habitis, Emi. ac Rmi. Patres Cardinales instructionem hanc diligenti perpensam examine, concordi suffragio adprobarunt; eamque Ssmus. Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in audiētia diei 26 dicti mensis et anni, audita relatione infrascripti Secretarii Sacrae Congregationis, ratam habere et confirmare dignatus est, mandans praeterea ut eadem instructio omnibus Rmis. locorum Ordinariis notificetur, ab ipsis adamussim observanda; praeciōiens etiam ut in Seminariis quolibet anno, studiorum curriculo ineunte, alumnis perlegatur, deque hisce praescriptionibus fideliter adimpletis in ordinaria de statu dioecesis relatione S. Sedem edocere non omittant; contrariis quibuscumque non obstantibus.

Placeat Rmis. iocorum Ordinariis de huius Instruc-
tionis receptione huic Sacrae Congregationi referre.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis
de Disciplina Sacramentorum, die 27 Decembris 1930.

L. ✠ S. ✠ M. CARD. LEGA, *Praefectus.*

D. Jorio, *Secretarius.*

APPENDIX

MOD. I

*Declaratio propria manu subscribenda a candidatis
in singulis sacris Ordinibus suscipiendis, iuramen-
to coram Ordinario praestito.*

“Ego subsignatus N. N., cum petitionem Episcopo
exhibuerim pro recipiendo subdiaconatus (seu diacona-
tus vel presbyteratus), Ordine, sacra instante Ordina-
tione, ac diligenter re perpensa coram Deo, juramento
interposito, testificor in primis, nulla me coactione seu
vi, nec ullo impelli timore in recipiendo eodem sacro
Ordine, sed ipsum sponte exoptare, ac plena liberaque
voluntate eumdem velle, cum experiar ac sentiam a Deo
me esse revera vocatum.

„Fateor mihi plene esse cognita cuncta onera caete-
raque ex eodem sacro Ordine dimanantia, quae sponte
suscipere volo ac propono, eaque toto meae vitae curri-
culo, Deo opitulante, diligentissime servare constituo.

„Praecipue quae caelibatus lex importet clare me
percipere ostendo, eamque libenter explere atque inte-
gre servare usque ad extremum, Deo adiutore, firmi-
ter statuo.

„Denique sincera fide spondeo iugiter me fore, ad
normam ss. Canonum, obtemperaturum obsequentissi-
me iis omnibus, quae mei praecipient Praepositi, et
Ecclesiae disciplina exiget, paratum virtutum exempla
praebere sive opere sive sermone, adeo ut de tanti offi-
cii susceptione remunerari a Deo merear.

“Sic spondeo, sic voveo, sic iuro, sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia, quae manibus meis tango.”

(Loco)... die... mensis... anni...

MOD. II

Inquisitio ope Parochorum peragenda.

Parochus in sua scripta relatione super his mentem suam aperiet:

1. Num clericus in explendis pietatis operibus, vide-licet in piis peragendis commentationibus, in audienda Missa, in visitatione Ssmi. Sacramenti atque in mariali rosario recitando sedulus et devotus exstet.
2. Num ad sacram Confessionem et ad sacram Synaxim crebro ac devote accedat.
3. Num diligenter ac pie in sacris functionibus suum ministerium expleat.
4. Num christianae doctrinae tradendae, quatenus huic extra Seminarium addictus fuerit (1), suam ope ram navet.
5. Num studium curamque prodat divinum prove-hendi cultum, animarum curandi bonum, atque ad sacra exercenda ministeria propensionem patefaciat.
6. Quibus speciatim intendat studiis, et qua sedu-litate.
7. Num profanis perlegendis libris diariisque, odium contra fidem, vel bonos mores, foventibus, sit deditus.
8. Num autumnalibus feriis, extra Seminarium cle-ricali veste usus sit atque utatur.
9. Num praedictis feriis cum aliquibus utriusque se-xus personis non bonae famae, aut etiam bonae famae sed cum scandalo et admiratione fidelium, si agatur de-

(1) Priusquam vero candidatus ad ulteriores sacros Ordines pro-moveatur, si nondum praefato muneri addictus fuerit, addici debet.

personis alterius sexus, familiaritatem foverit, vel loca frequentaverit haud suspicione carentia.

10. Num in loquendo probum ac integrum sese ostenderit.

11. Num occasionem praebuerit ut censoria nota afficeretur circa mores, vel Ecclesiae doctrinam et praecpta.

12. Quomodo se gerat cum pueris, puellis aliisque diversi sexus personis.

13. Num se proclivem exhibeat ad vitae commoda, ad copiosum hauriendum vinum, ad liquores sumendos, atque ad profana oblectamenta capienda.

14. Num caritatem ostendat, demisionemque atque obsequium iis qui praesunt, praebat.

15. Quae sit publica de ipsis vocatione opinio.

16. Num inter parentes alicuius infirmitatis indicia, ac praecipue mentis morumque pravorum, adsint, quae atavismum suspicari sinant.

17. Num parentes, vel alter e familia ipsum imbellant ad sacerdotium ineundum.

MOD. III

Interrogatorium aliis personis probis proponendum.

Quo autem facilius personae probae interrogationibus responsa praebant, haec ab ipsis erunt exquirenda:

1. An clericus sive in ecclesia, sive in consuetudine cum aliis habenda, pie, graviter, prudenterque se gesserit ac gerat.

2. An aliquod de sua vocatione ad sacros Ordines foveri possit dubium, et qua ratione.

3. An parentes vel alter e familia ad eosdem suscipiendos sacros Ordines ipsum impellant.

4. An familiariter utatur cum iis, qui in suspicionem veniant de fidei carentia, vel de malis moribus.

5. Quae sit publica et praecipue praestantiorum ho-

minum existimatio de agendi ratione, tum morali tum religiosa, eiusdem clerici, et de eius vocatione ad sacerdotium ineundum.

Solutio casus mensis Junii

Nulla ex tribus solutionibus est adaequate vera. Etenim Procopius neutiquam tenetur ad restitutionem, eo quod nullam indis fecerit injuriam. Siquidem pretium *vulgare*, quod quidem justum est, non a valore intrinseco mercis aut ab ejus utilitate pendet; sed ex communione hominum aestimatione in unaquaque regione dimittitur. Propterea falsae habendae sunt solutiones Turibii et Cassiani. Idem dico de Eleutherii sententia; quia ratio ab ipso aducta pro liberatione est omnino falsa, si quidem possessor malae fidei, ut esset in casu Procopius juxta Eleutherium, numquam potest rem male possessam facere suam. Teneretur, igitur, alia adhibere media ad restituendum, uti in 2.^a et 3.^a sententia proponitur. Altamen, in tribus aliquid veri reperitur: in 1.^a sc. Eleutherii, affirmatio de non obligatione restituendi; in 2.^a et 3.^a, supposito quod pretium fuerit injustum (quod falsum est, ex dictis), bona sunt media a Turibio et Cassiano proposita. Et quidem ultimum praeplacet, est que adhibendum semper ac debitori difficile sit integrum debitum pauperibus vel causis piis tribuere, aut is non facile a confessario de hoc posset convinci.

Solutioni praedictae coaptantur circuli sequentes: 1, 2, 3, 5, 10, 12, 13, 16, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 29, 31, 33, 38, 40, 41, 42, 45, 52, 57, 58, 59, 61, 62.

BIBLIOGRAFÍA

SAN ANTONIO DE PADUA, por F. T. D. Volumen de 17 por 23 centímetros, de 32 págs. con 15 grabados de color y hermosa tricromía en la portada, encuadrado 1 pta. Editorial F. T. D. Barcelona.

Otro acierto de la Editorial F. T. D. ha sido la publicación de esta vida con ocasión del centenario del Santo Taumaturgo.

La vida del Santo está magníficamente expuesta, en estilo sugestivo y con ilustraciones de arte extraordinario que invitan a leer.

La obra es de las que nacen con buena estrella y está destinada a alcanzar máxima difusión, porque todos los amantes de la hagiografía y todos los devotos del santo la adquirirán gozosos.

Para los niños especialmente será fuente de delicias puras y edificantes en alto grado. Poner en sus manos obras como *San Antonio de Padua* es colocar a los pequeñuelos ante ejemplos santos, y emocionantes que modelan sus almas y forman su inteligencia y sus gustos artísticos incipientes, por eso lo juzgamos adecuadísimo para premio en los colegios y en las familias cristianas.

Nos parece además increíblemente barato.

G. S.

Ejercicios espirituales para sacerdotes y caballeros

EN LA

RESIDENCIA DE LOS PP. JESUITAS

Empezarán el 9 y 20 de cada mes, a las once y media.

Terminarán el 16 y 27, a las nueve de la mañana.

Cuantos deseen hacerlos, deberán escribir al P. Superior (Serranos, 2, apartado 44, Salamanca) y esperar su contestación.

Salamanca.—Imprenta de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.

SEMINARIO PONTIFICIO DE SALAMANCA

DISPOSICIONES RELATIVAS AL CURSO ACADÉMICO DE 1931 A 1932

PREFECTURA DE ESTUDIOS

Para conocimiento de los interesados, esta Prefectura publica las siguientes disposiciones del Excelentísimo y Reverendísimo Prelado Diocesano:

Primera. *Admisión de alumnos.*—*A)* Los jóvenes que deseen comenzar los estudios y ser admitidos como alumnos oficiales deberán presentar *antes del 24 de Septiembre del corriente año*, en la Secretaría de este Centro los documentos que siguen: 1.^º instancia dirigida al Ilmo. Sr. Prefecto, pidiendo examen de ingreso; 2.^º partidas sacramentales de Bautismo y Confirmación; 3.^º certificado de conducta expedido por el Sr. Párroco del lugar donde habitualmente residan; 4.^º certificación facultativa de estar vacunados y no tener defecto físico ni enfermedad contagiosa, y 5.^º si fueren extradiocesanos, permiso por escrito de sus respectivos Prelados.—*B)* Los que procedan de otros Seminarios o Centros de enseñanza oficial, presentarán en el plazo y oficina antedichos, 1.^º instancia dirigida al mismo señor Prefecto, con expresión de las asignaturas que hayan de cursar en el año para que solicitan ser matriculados; 2.^º certificado de estudios del Seminario o Centro de que procedan; 3.^º certificado de conducta del Rector o Superior que hayan tenido en el curso último; y 4.^º permiso por escrito de sus respectivos Ordinarios.

Segunda. *Matrícula.*—Estará abierta desde el 15 al 30 del mencionado Septiembre. Advirtiéndose, por especial encargo de Su Excelencia, que por ningún motivo se concederá a nadie el ser matriculado después de dicho día 30.

Tercera. *Exámenes.*—Se celebrarán en los locales acostumbrados del Seminario, y se tendrán: Los de ingreso, los días 25 y 26 de Septiembre: Los extraordinarios, correspondientes al curso académico anterior, para los que cursaron libremente y para los que por enfermedad no concurrieron a las aulas durante el mes último en que se dieron lecciones, los días 28 y 29 del mismo Septiembre.

Cuarta. *Exámenes de Reválidas y para mejorar las calificaciones.*—*A)* Ningún alumno será matriculado en el primer curso de Filosofía, ni en el primero de Sagrada Teología, sin sufrir y aprobar previamente el examen de Reválida que se establece y que consistirá; para los aspirantes al curso primero filosófico, en responder a unas preguntas sobre la Sintaxis latina y en traducir un párrafo que el Tribunal señale de la Lógica; y para los aspirantes a la matrícula del primer año de Sagrada Teología, en responder a unas preguntas de Ontología y Ética, y en traducir el punto que el Tribunal señale de la Instrucción de la Sagrada Congregación de Sacramentos *AD RMOS. LOCORUM ORDINARIOS DE SCRUTINIO ALUMNORUM PERAGENDO ANTEQUAM AD ORDINES PROMOVEANTUR*, que se inserta en el presente número del BOLETIN DEL OBISPADO. *B)* Para ser admitidos a estos exámenes abonarán los aspirantes cinco pesetas de derechos. *C)* Concede su Excelencia Reverendísima en este año la gracia de examen extraordinario a quienes lo pidieren, al efecto de mejorar las calificaciones de todas o algunas de las asignaturas que cursaron en el último año académico y que les fueron otorgadas sin examen. Pero entendiéndose bien que dichas calificaciones podrán ser rebajadas también, si del examen practicado lo entendiese justo el Tribunal examinador. *D)* tanto estos exámenes, como los de Reválida

das, tendrán lugar los días 28 y 29 del repetido Septiembre.

Quinta. *Grados académicos.*—Se conferirán desde el 21 hasta el 30 de Septiembre; pero su colación se ajustará enteramente a las prescripciones de la novísima Constitución Apostólica *Deus Scientiarum Dominus* y a las Ordenaciones que para el mejor cumplimiento de ésta ha dado la S. Congregación de Seminarios y Universidades de estudios; a cuyos documentos se acomodarán desde el próximo curso académico 1931-32 los estudios del Seminario Pontificio Salmantino.

Nota. Tanto para admitirse a los ejercicios de los Grados, como para la admisión a los exámenes de curso, reválida o mejora de calificación, se requiere que los aspirantes avisen a la Secretaría del Seminario *antes del 26 de Septiembre*.

Sexta. *Apertura del Curso académico.*—Se celebrará con toda solemnidad el día 1.^º de Octubre del corriente año, comenzando el acto a las diez y media de la mañana y desenvolviéndose en la forma de costumbre.

RECTORADO

Por orden de Su Excelencia Rvdma. el Sr. Obispo de la Diócesis, este Rectorado hace saber:

1.^º Todos los jóvenes que desearen comenzar sus estudios en este Seminario, y los que, procediendo de otros Seminarios o Centros oficiales de enseñanza, quisiéren proseguirlos o incorporarlos en él, deberán dirigirse al Rvdo. Sr. Rector en oportuna instancia.

2.^º Se requiere para el ingreso haber cumplido los 11 años de edad.

3.^º No se admite el externado en ningún año de las Facultades de Filosofía y Teología, salvo excepcionales y muy justificados casos, cuya apreciación se reserva íntegramente el Rvdmo. Prelado.

4.^º A los jóvenes que han cursado en este Seminario se les exige para continuar sus estudios que lo soliciten así del Rectorado.

5.^º Las instancias tanto de ingreso, como de incorporación o continuación de estudios, han de presentarse al Sr. Rector antes del 20 de Septiembre.

6.^º En el mismo plazo y oficina de la Rectoral ha de solicitarse el continuar en el disfrute de las gracias, que corresponderá decretar al Excmo. Prelado Diocesano. Adviértese que no se admiten peticiones de nuevas gracias, ni de aumento de las disfrutadas hasta ahora, reservándose Su Excelencia el derecho de conceder unas u otras cuando las circunstancias lo permitan y siempre en relación con los méritos y conducta de aquellos a quienes tuviese a bien favorecer.

7.^º Los alumnos internos harán su entrada en el Seminario a las siete de la tarde del día 29 de Septiembre, martes, y los externos se presentarán a la misma hora. Para unos y otros será día de Retiro espiritual el miércoles 30 del mismo mes.

Salamanca, 1.^º de Agosto de 1931.